Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37653
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Lit. Num.

Post ultimum librum confessionum legitur: Explicit liber Confessionum Sancti Augustini. Deo gratias. ac paulò post sequens versus: Finis adest mete liber explicuit ergo valete. 69

Cod. Membr. in folio. Manu Sæc: XIII. F. 9.

— Libri. 4. De Doctrina Christiana. primò loco habetur retractatio S. Augustini in ~~pluribus~~ hos 4. libros quæ sic incipit: Libros de doctrina Christiana &: deinde sequitur Prologus hoc initio: Sunt præcepta &: demum incipit Liber Primus: Duæ sunt res quibus utitur omnis tractatio. extant in editione Mauriana Tom. 3. Colum. 1. Cod. prior. — —

— Liber de Disciplina Christiana. incipit: Locutus est ad nos sermo divinus &: in editione Maur. habetur Tom. 6. Colum. 581. — —

— Enchiridion de Fide, Spe, et Charitate ad Laurentium. incipit Prologus: Sæpe et librum de fide &: incipit ipse liber: Dei non potest dilectissime fili Laurenti &: in edit. Maur. Tom. 6. Colum. 195. Cod. prior. — —

— Liber unus de Natura Boni contra Manichæos. præcedit ejusdem retractatio sic incipiens: Liber de Natura Boni &: sic vero incipit liber: Summum bonum quo superius esse non potest &: in edit. Maur: Tom 8. Colum: 501. Cod. prior. — —

— Liber de Fide ad Petrum. incipit: Epistolam fili Petre &: in edit. Maur. Tom. 6. in Appendice Col. 19. Nota. Hic liber non Aur. Augustino, sed Fulgentio Ruspensi adscribendus est, uti testatur Guell. Cave. et editio Mauriana in Admonitione ad hunc librum. Cod. prior. — — —